UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Theodōritu Episkopu Kyru Kai Eyagriu Scholastiku Ekklēsiastikē Istoria, Eklogai Apo Tōn Istoriōn Philostorgiu Kai Theodōru

Theodoretus <Cyrrhensis>

Mogvntiae, 1679

VIII. Quomodo post Nestorium Maximianus, & post hunc Proclus, deinde Flavianus Episcopi facti sint.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14162

Visual Library

ὁδοῦ συντριβέντες, πάλιν ἄγραφον τῆς σῆς ἀνδρείας καταλαμβάνομεν κέλευσμα, εἰς τὴν Πανὸς ὑποστρέψειν. συγκοπέντες δὲ τοῖς τῆς σῆς ὁδοιπορίας συμπτώμασιν, ἐν νοσοῦντι καὶ γηράσαντι σώματι, καὶ τὴν χεῖρα καὶ τὴν πλευρὰν συντριβέντες, ἀφικόμεθα πάλιν εἰς τὴν Πανὸς τρόπον τινὰ ψυχορραγοῦντες, καὶ τοῖς συμπτώμασιν ἐπὶ τοῖς τῶν ἀλγηδόνων μαστιγούμενοι κακοῖς. μετῆγε δὲ πάλιν ἡμᾶς ἐκ τοῦ Πανὸς πρὸς τὴν ὑπ' αὐτὴν ἐνορίαν, ἕτερον τῆς σῆς ἀνδρείας ἔγγραφον ἐπιτάμενον πρόσταγμα. ταύτης στήσεως καθ' ἡμῶν λογιζομένων, καὶ τὸ τοῖς καλλινίκοις βασιλεῦσι δοκοῦν περὶ ἡμῶν ἀναμενόντων, ἐξαίφνης πρὸς ἄλλην ἐξορίαν καθ' ἡμῶν τετάρτην πάλιν ἀφειδῶς ἄλλο συνετίθετο. καὶ μετ' ὀλίγα. ἀλλ' ἀρκέσθητι τοῖς πεπραγμένοις παρακαλῶ, καὶ τὸ τοσαύτας καθ' ἑνὸς σώματος ἐξορίας ὁρίζειν· καὶ τοῦ ἐπὶ τοῖς ἀνενεχθεῖσι παρὰ τῆς σῆς μεγαλοπρεπείας, καὶ παρ' ἡμῶν δὲ δι' ὧν ἐχρῆν γνωρισθῆναι τοῖς καλλινίκοις ἡμῶν βασιλεῦσι δοκιμασίας ἐπιεικῶς παρακαλῶ παραχωρεῖν. ταῦτα παρ' ἡμῶν ὡς πρὸς υἱὸν παρὰ πατρὸς συμβουλεύματα. εἰ δὲ ἀγανακτήσας καὶ νῦν ὡς τὸ πρότερον πράττε τὸ δοκοῦν, εἴ γε οὐ δοκοῦντος λόγος οὐδεὶς δυνατώτερος. καὶ ὧδε μὲν οὕτω κἀν τοῖς γράμμασι πὺξ, λὰξ, παίων, βαίνων, καὶ τὴν βασιλείαν σὺν τὴν ἀρχὴν βλασφημῶν, ὁ μηδὲ ἐξ ὧν πέπονθε σωφρονήσας. ἐγὼ δὲ καί τινος γεγραφότος τὴν τελευταίαν ἐκείνου ῥοπὴν ἀκήκοα, λέγοντος ὡς τὴν γλῶσσαν σκώληξι διαβρωθεὶς, ἐπὶ τὰ μείζω τε καὶ ἀθάνατα καὶ αὐτοῦ δικαιωτήρια μετεχώρησε.

A parte confecta attriti eſſemus, rurſus magnanimitatis tuæ mandatum offendimus ſine ſcripto, quo Panopolim redire jubebamur. Tot igitur caſibus longi itineris confecti, corpore & morbo & ſenectute languido, manu & lateribus contritis, iterum Panopolim venimus, animam quodammodo agentes. Cumque acerbitate caſuum, & doloris moleſtiâ adhuc cruciaremur, rurſus aliud mandatum à magnanimitate tuâ ſcriptum, ex Panopoli ad quendam locum ei contributum nos abduxit. Et cum talia adverſus nos finem habitura eſſe exiſtimaremus, & quid invictiſſi- B mi Principes de nobis ſtatuerent, expectaremus, aliud repente adverſus nos mandatum de quarto exilio noſtro absque ulla miſeratione compoſitum eſt. Et paulo poſt. Verum contentus eſto his, quæ acta ſunt. Sufficiat quæſo, tot exilia contra unum corpuſculum decreviſſe, & poſt relationes, quas ad principes miſit tua magnificentia, ut à nobis quoque per quos id fieri decet, invictiſſimis principibus rei veritas indicetur, humaniter permitte. Hæc noſtra ſunt conſilia tanquam parentis ad filium. Quod ſi nunc quoque ſicut antea, indignatus C fueris, fac, quodcunque tibi placuerit, ſi quidem animus tuus nulla ratione flecti poteſt. Hunc in modum Neſtorius in ſuis litteris, quaſi pugnis & calcibus feriens atque inſultans, Imperatores ſimul ac magiſtratus convitiis appetebat, ne iis quidem, quæ perpeſſus fuerat malis prudentior factus. Ego vero Scriptorem quendam legi, de illius morte ita narrantem: eum linguâ vermibus eroſa ad graviora & ſempiterna migraſſe ſupplicia.

Κεφ. η'.

Ὡς μετὰ Νεστόριον Μαξιμιανὸς, καὶ μετὰ τοῦτον Πρόκλος, εἶτα Φλαβιανὸς γίνεται.

Μετὰ δ' οὖν τὸν Νεστόριον αὐτὸν τὸν ἀλάστορα, τῆς Κωνσταντίνου τῆς ἀοιδίμου πόλεως τὴν ἐπισκοπὴν ἐπιτρέπεται Μαξιμιανὸς, ἐφ' οὗ πάσης εἰρήνης ἡ τοῦ θεοῦ τετύχηκεν ἐκκλησία. τούτου δὲ αὖ ἐξ ἀνθρώπων γενομένου, Πρόκλος τοὺς οἴακας τῆς καθέδρας ἐγχειρίζεται, ὃς πάλαι Κυζίκου ἐπίσκοπος ἐκεχειροτόνητο. καὶ τοῦδε τὴν κοινὴν τῶν ἀνθρώπων στειλαμένου πορείαν, Φλαβιανὸς τὸν θρόνον διαδέχεται.

Cap. IIX.

D *Quomodo poſt Neſtorium Maximianus, & poſt hunc Proclus, deinde Flavianus, Epiſcopi facti ſint.*

Poſt mortem execrandi Neſtorii, Epiſcopatum Conſtantinopoleos ſuſcepit Maximianus, ſub cujus adminiſtratione, Eccleſia Dei tranquilliſſimam pacem conſecuta eſt. Quo ex hac luce ſublato, Proclus ſedis illius capeſſit gubernacula, qui jam pridem Epiſcopus Cyzici fuerat ordinatus. Hoc etiam fatali lege defuncto, Flavianus Epiſcopatum regiæ urbis ſortitus eſt.